



# SALA STAMPA DELLA SANTA SEDE **BOLLETTINO**

HOLY SEE PRESS OFFICE BUREAU DE PRESSE DU SAINT-SIÈGE PRESSEAMT DES HEILIGEN STUHLS  
OFICINA DE PRENSA DE LA SANTA SEDE SALA DE IMPRENSA DA SANTA SÉ  
دار الصحافة التابعة للكرسى الرسولي BIURO PRASOWE STOLICY APOSTOLSKIEJ

N. 0489

Sabato 08.06.2019

## **Lettera all’Inviato Speciale alla celebrazione del bicentenario dell’erezione della Diocesi di Cerignola**

In data 18 maggio 2019, il Santo Padre ha nominato l’Em.mo Card. Angelo Amato, S.D.B., Prefetto emerito della Congregazione delle Cause dei Santi, Suo Inviato Speciale alla celebrazione del bicentenario dell’erezione della Diocesi di Cerignola, che si terrà nella Cattedrale di Cerignola il 14 giugno 2019.

L’Inviato Speciale sarà accompagnato da una Missione Pontificia, composta dai seguenti ecclesiastici:

- Rev.do Mons. Antonio MOTTOLA, Vicario generale;
- Rev.do Mons. Carmine LADOGANA, già Vicario generale.

Pubblichiamo di seguito la Lettera del Santo Padre all’Em.mo Card. Amato:

### **Lettera del Santo Padre**

Venerabili Fratri Nostro  
**ANGELO S.R.E. Cardinali AMATO**  
Congregationis de Causis Sanctorum Praefecto emérito

Spectabilis dilecta que Ceriniolensis Ecclesia a condita dioecesi ducentesimam mox est repetitura memoriam. Annalium dum monumenta nunc ipsa considerat atque prisorum hominum christianas testificationes, alacritas rursus affertur ad renovato impetu Evangelii salutares monitiones tenendas eiusque laetitiam fruendam.

Convenit igitur ac permagni refert ut eventus hic congruenter commemoretur et optimo iure extollatur. Celebratio enim haec copiam dat et facultatem non huius rei dumtaxat magnificandae, verum etiam animos ad ferventiores religionis sensum, clariorem fidem certioraque proposita concitandi. Itaque sicut Ecclesia Ceriniolensis quondam

felix ingressa est iter ut, divina suffragante gratia, uberem profectum assequeretur, ita nunc eadem vestigia persequens sectansque vera et propria hominis bona, vel insigniorem obtineat spiritalem prosperitatem.

Postulatis idcirco Venerabilis Fratris Aloisii Renna, Episcopi Ceriniolensis-Asculani Apuliae, subvenire cupimus, qui a Nobis fidenter purpuratum Patrem flagitavit ad sollemniter recordationem illam celebrandam, ducentis scilicet exactis annis a Ceriniolensi constituta dioecesi, dum optamus ut congruae exstant hodiernae condiciones ac salutaria consilia, quo ubiores fructus eventuro de tempore ipsa fundat.

Quocirca ut ritus hic spectabilius efficaciusque evolvatur, ad te, Venerabilis Frater Noster, cogitationem convertimus, qui illius regionis inclitus es filius ac praclaris hominibus clarificandis studiose impendisti operam, quique prorsus idoneus occurris ad ministerium hoc praestandum et luculenter explendum. Itaque permagna moti affectione, te **Nostrum Missum extraordinarium** renuntiamus et constituimus ad sollemnem ritum illum Cerauniae in cathedrali templo sancta Petro Apostolo dicato die XIV mensis lunii agendum.

Universis igitur participibus fidelibusque inibi voluntatem Nostram benignam ostendes, ac pariter cohortationem ad pristinam illam pietatem repetendam tenendamque, cunctis suam operam navantibus. Omnibus Nostro nomine auctoritateque Benedictionem Apostolicam impertas volumus, quae sit animorum renovationis signum et supernarum gratiarum documentum, ab omnibus pro Nostro Petrino munere frugifere absolvendo simul preces petentes.

Ex Aedibus Vaticanis, die XV mensis Maii, anno MMXIX, Pontificatus Nostri septimo.

FRANCISCUS

[01018-LA.01] [Testo originale: Latino]

---